

impredicta portione vestra de predicta ecclesia set debead illos dominare et frudiare ipse facere qui semper officia impredicta ecclesia sine omni nostra et de nostris heredes contrarietatem vel requisitionem imperpetuum. Insuper nos et nostris heredes vobis et ad vestris heredibus in predicta ecclesia eos antestare et defensare promictimus omni tempore ab omnibus hominibus quod si minime vobis exinde fecerimus et omnia ut superius legitur non adimpleverimus componere promictimus nos et nostris heredes vobis et ad vestris heredibus dupplo suprascripto pretium. Et hec charta sit firma imperpetuum. *Ipsa disturbatus de supra legitur casa.*

† Petrus Iudex testis est.

† Sergius filius Leonis de Iudice testis est.

† Iohannes filius Sergii Capuani testis est.

† Ego Constantinus diaconus complevi per manu Marini Comite.

CXXIX

1138 - Ruggero II re di Sicilia e Italia, a. 7 (8) - 20 maggio, ind. I - Amalfi.

Anna f. dom. Cesarii Brankazzi et rel. qd. dom. Pantaleoni f. dom. Iohanni de comite Urso vende a dom. Constantino f. qd. dom. Sergii de comite Urso e a sua moglie, dom. Marocta, f. dom. Iohanni f. dom. Iohanni de Leone de Constantino i suoi beni siti in Plagiano at ipsa Turina per 50 soldi d'oro di tari.

A.S.N. - C.P. c. 146 t - 148.

CHARTA VENDITIONIS - cfr. Filangieri, *o.c.* I, p. 244 n. CXLII; *Rep. cit.* f. 20, n. 127. - Dopo la clausola « *imperpetuum* » ci sono 4 righe depennate

127. - In nomine domini Dei salvatoris nostri Iesu Christi. Anno videlicet ab incarnatione eiusdem millesimo centesimo tricesimo octavo, temporibus domini nostri Rogerii Sicilie et Italie gloriosissimi regis et septimo anno regni eius Amalfi, die vicesima mensis magii, indictione prima, Amalfi. Certum est me Anna filia domini Cesarii Brankazzi et relicta quondam domini Pantaleoni filii domini Iohanni de comite Urso, a presenti die prontissima voluntate venundedimus et tradidimus vobis domino Constantino filius quondam do-

mini Sergii de Comite Urso et domina Marocta ambo videlicet iugalia filia domini Iohanni et filius domini Iohanni de Leone de Constantino comite id est plenariam et integra tota ipsa ereditate plenum et bacuum cultum vel incultum et cum plenarie et integre tote ipse bitirine quantos et quales habemus in Plagiano positum loco nominato at ipsa Turina, sicut est cum casa et palmentum et labellum totum betusto ibidem abente et omnia sivi infra se abentibus et pertinentibus qui michi suprascripta Anna obbenit pro ipsa dotem et donatione mea a parte de suprascripto domino Pantaleoni viro meo. Nam vero reclamamus vobis exinde ipsas fines seu pertinentias de tota suprascripta ipsa suprascripta ereditate et terre et vitirinis quod modo vobis venundedimus et tradidimus sicut superius legitur qualiter et quomodo eos vos et eredibus vestris illos abere et possidere seu dominare et frugiare debeatis. Hasupra nanque ponitur fini plenaria ipsa via puplica qui pergit de Aieroli in Bectika quantum continet tota ipsa suprascripta ereditate et bitirine iam vestre: de subtus itaque ponitur iterum fini via puplica que pergit da Sancto Luka in Bectica; de uno vero latere ponitur a parte orientis iterum fini via puplica que salet in Aieroli et coniuget ambas predictas vias et de alio autem later ponitur; a parte occidentis fini fine causa que fuera de ipsa Galla quam modo abet eredes Iohanni episcopi sicut exfina per ipsi terminis insusum usque ad predicta via qui pergit in Bectica et per ipsi predicti terminis in susum usque ad predicta via puplica; et a suptus predicta via puplica fini plenarium ipsu ciliu iam vestrum de supra Conka Mayure; et rebolbe, inde inda parte orientis per predicto cilio et per fine causa Sancte Trinitatis de Bectica et per fine causa de eredibus domini Iohanni de comite Urso tio vestro et per fine causa de eredibus Iohanni de Gusto et inde usque in predicta via puplica qui pergit ad Sancto Luca cum salba via sua ibidem ingrediendi et egrediendi cum omnia causa qui vobis et ad vestris heredibus opus et necessarium fuerit; unde nobis exinde nichil remansit vel aliquod vobis exinde exceptuavimus quia plenaria et integra tota ipsa suprascripta ereditate nostra cum tote ipse predicte fravice ibidem abente plenum et bacuum et cultum vel incultis domesticum et salbatico cum plenarie et integre tote ipse bitirine ibidem abente et omnia sua pertinencia vobis venunnedimus et tradidimus sine omni minuitate sicut superius legitur et aliquod vobis exinde ibidem in predicto loco non remansit, unde et impresenti exinde accepimus a vos plenaria nostra sanatione id est auri solidos quinquaginta de tari boni de Amalfi ana tari quattuor per solidos sicut inter nobis bone boluntatis conbenit in omni deliveratione et in omne decesitione ut anunc die presentis et imperpetuis temporibus ple-

naria et integra suprascripta nostra venditione seu tradicionem qualiter per ordine superius legitur in vestra et de vestris heredibus sit potestatis habendi, fruendi, possidendi, vindendi, donandi, seu commutandi etiam vestrisque heredibus dimittendi in omnia et in omnibus semper libera et absoluta abeatis potestate ad faciendum et iudicandum exinde omnia quod volueritis sine omni nostra et de nostris heredibus contrarietate vel requisitione imperpetuum. Insuper nos et nostris eredes vobis et ad vestris heredibus eos antestare et defendere promictimus omni tempore ab omnibus hominibus et firmamus vobis ut si aliquando tempore qualive charta exinde inventa dederit nos et nostris heredes mictere illas debeamus suptus vos et vestris heredibus sine vestra damnietate vel amaricatione. Quod si minime vobis exinde fecerimus et omnia ut superius legitur vobis non adimplerimus componere promictimus nos et nostris eredes vobis et ad vestris heredibus dupplo suprascripto pretium, et hec charta sit firma imperpetuum. † Sergius filius Leonis de Iudice testis est. † Petrus Iudex testis est. † Iohannes Iudex testis est. † Ego Iohannes protonotarius filius Ursi filii domini Iohanni Iudice scripsi. Et hic melius reclamamus quia aparte vero occidentis est ibidem fini fine causa de heredibus Iohanni episcopi que amodum exfina ipsi terminis insusu usque in via puplica et in iusu usque ad fine causa de heredibus Constantini filii Mauri de domina Grifa et fini fine causa de heredibus domini Iohanni commitis Ursi tii vestri et per fine causa Iohannis de Gusto et de inde usque in predicta via puplica qui pergit ad Sancto Luca per suprascripta obligata pena. *Qui Filangieri ripete:*

† Sergius filius Leonis de Iudice testis est.

† Petrus Iudex testis est.

† Iohannes iudex testis est.

† Ego suprascriptus Iohannes protonotarius filius suprascripti Ursi filii domini Iohannis Iudice scripsi.